cause civilis vel criminalis vel quacumque alia occasione condempnetur in x libris pro quolibet et qualibet vice.

De pena officialis revelantis credentiam

30 Quicumque officialis curie castri ipsum dixit seu revelaverit alicui aliquam credentiam si positam
in credentiam per potestatem iudicem et consiliarios seu alium vel alios officiales curie puniatur
in xl solidorum denariorum pro quolibet et qualibet vice.

Quod omnes pene et banna intelligantur ad cortonenses

31 Omnes pene et omnia banna et omnes pecunie quantitates de quibus in presenti statuto seu volumine statuti fit
mentio et etiam salarium officialis et impositione collectarum prestantiarum et omnes solutiones fiende communi seu

p[er]
 omnes cives sint et esse debeant et intelligantur ad cortonenses.

Quod testes cogi non possint in certis de causis

32 Potestas iudex seu vic[arius] ipsius com[unis] non possint nec debeant cogere vel detinere aliquem testem pro aliquo testimonio p[er]hibendo in palatio dicti com[unis] vel alibi nec ipsum testem confinare nisi pro una die tantum et in modo inducto vel quod testes inducti pro maleficio seu maleficiis de quibus imponeretur seu resultaret pena a XXV libris supra usque L libris dicti vel ab L supra per tres dies tantum in palatio dicti com[unis] de maleficio seu maleficiis de quibus resultaret pena L librarum dicti a L supra per decem tres dies retineri possint in palatio com[unis] predicti de maleficiis non de quibus resultaret pena a XXV libris dicti infra testes retineri possit per duos dies in dicto palatio exceptis mulieribus ad que de nocte nullo modo retineri possint. Addimus huic capitulo quod pro omnibus maleficiis potestas vel vic[arius] com[unis] possint testes detinere in palatio vel alibi et ipsos etiam cogere per V dies prout videbitur potestati qualitate et quantitate maleficii de quo procedit pensatis quod sicut fieret maleficia possent remanere impunita mulieres tamen non possint pretextu modo ferendo detineri de nocte.

Quod possit appellari infra X dies et peti consilium sapientis

33 Sentiens se gravatum ab aliqua sententia civili vel criminali lata et data per potestatem iudicem seu vic[arium] et officiales dicti com[unis] possit et debeat appellare infra X dies a die late sententie ad civitatem quantitatem ducatorum septem et ultra alios X dies proxime sequentes debeat et teneatur ipsam appellationem prosequi aliter ipsa appellatio sit deserta et quod talem possit fieri executio et quod eius fideiussores etiam et in bonis eorum volumus et quod quicumque dixerit se gravatum ab aliquo processu civili vel criminali vel condempnatione seu sententia possit et liceat peter sapientem suis expensis eidem petente sapiente ponatur de sapientibus com[unis] dummodo petatur infra decem dies a die late sententie et non post et in predictis servetur ordo et modus traditus in capitulo sapientis petitione.

De pena ludentium ad taxillos

34 Ludere in castro spine vel eius districtu nullus audeat vel presumat ad aliquem ludum taxillorum vel azzari ad penam centum solidorum dicti nisi forsitan luderet cum taxillis ad tabulas liceat tamen civibus ludere ad taxillos octo diebus in nativitate domini et octo diebus post sine pena et banno et qui receptaverit aliquem ludentem seu ludere ad taxillos in domo sua propria vel conducta vel qui consenserit taxillos vel dictum ludum ipsis ludentibus solvat penam C solidorum condempnetur et iudex vic[arius] et officiales dicti com[unis] super predictis possit procedere per inquisitionem denuntiationem et accusationem et unicuique liceat denuntiare et accusare delinquentes in predictis et quolibet predictorum credatur et relationi iudicis vic[arii] vel officiales dicti com[unis].

De pena non probantium accusam

Non probans accusam coram curia per eum productam de aliquo maleficio seu maleficiis quod aliquem ex qua accusatione seu delicto in ea contento per formam capitulorum statuti imponeretur seu resultaret penam sanguinis vel alia quecumque pena incurrat in penam quam reus et penam quam solvere teneretur dictus accusatus si dicta accusa legitime probaretur coram dicta curia cassatis sententiis predictis.

Pater teneatur dare legitimam suo filio condempnato

Si quis in potestaria potestatis commiserit aliquod maleficium quod aliquem deferatur vel eius districtu et non contraxit se coram curia ipsius castri occasione alicuius maleficii iudex et officiales ipsius com[unis] cogere possit et debeat patrem dicti malefactoris ad faciendum dandum legitimam de bonis suis contingentem dicto suo filio malefactori salvo et accepto sibi quod filius fuit emancipatus.

Que vendens vinum vendat panem et teneat lectum pro forensibus

37 Item statuimus et ordinamus quod quilibet vendens vinum ad minutum in castro Spine
vel eius districtu debeat et teneatur vendere panem emere volentibus et retinere
et habere unum lectum pro forensibus hospitare volentibus et vendere et mensurare vinum
vinum emere volentibus secundum formam capituli statuti loquentis de vendentibus vinum ad minutum
ad penam xx s. den. de facto auferendam per officialem dicti comunis pro quolibet qui fecerit et qua
libet vice

Tertius liber civilium causarum

1 Citatus coram curia potestatis castri Spine ad petitionem alicuius per bayulum dicti comunis occasione civilis
cause si citatus est domi solite habitationis et contumax fuerit iterum citetur suis expensis
et ipsa citatione pro perhentoria que ipsa citatio perhentoria habeatur. Actore tamen comparente in
ipsis terminis et prius citati contumaciam accusante. Si autem si citatus fuerit personaliter actore
predicto comparente in ipso termino citationis et ipsius contumaciam accusata ipsa citatio
personaliter facta perhentoria habeatur et quod eum possit procedi absque aliqua alia citatione
Et si citatus modo quo supra non venerit in termino ipsarum citationum et contumax fuerit modo
quo supra tunc actori per iudicem et officialem dicti comunis detur tenuta in ipsum reum citatum
ad petitionem actoris secundum tenorem sue petitionis vel sui instrumenti vel protocolli
recepto primo iuramento ab actore quod ea que petit animo calumpnie non petit et quod iuste
petere potest et debet. Et quod ei vel alteri pro eo de ipsa re quantitate petita in totum vel partem
non est in aliquo satisfactum. Et predicta tenuta detur mobilium dupli inmobilium
tripli et possit dari ad petitionem actoris in rebus instabilibus non obstantibus
quod inveniretur res mobiles et quod ipse actor possit capere tenutam in rebus
stabilibus et mobilibus prout ipsi actori placuerit. Et etiam talis reus exbandiatur ad
petitionem actoris si ipse actor voluerit et petierit in quantitate que eum petita et expensis
Si autem bona mobilia vel inmobilia talis rei non invenirentur detur actori
tenuta de bonis debitorum et nihilominus exbandiatur ad voluntatem actoris
in quantitate petita et expensis et unam ex dictis viis et ambas vias possit actor
predictus petere et eligere. Et iudex et officialis ipsius comunis sibi faciat prout petitum
fuit per actorem et in ipso banno penam imponat xx s. den. comuni in quo banno sibi
terminum assignet trium dierum infra quem si non comparuerit sit et remaneat exbanditus
dicto actori et dicto comuni modo predicto. Et bayulus qui dictam tenutam dederit dicto
actori precipiat ipsi reo personaliter vel domum sue solite habitationis quod ipsam tenutam
recolligat infra terminum x dierum infra quem terminum si non recolligerit
et satisfecerit expensis ipsi actori curia comunis ipsius castri debeat ipsi reo facere
dimitti et relapsari ipsi actori suprascriptum quod ipse actor ceperit in tenuta ultra
quantitatem petitam et expensis factis primo duobus bandimentis de ipsa tenuta per
bayulum comunis in platea dicti comunis in quibus bandimentis assignetur terminus trium dierum
ad volendum dictam tenutam emere et plus offerenti detur si videbitur curie. Et
si aliquis in termino dictorum bandimentorum vel alicuius eorum non comparuerit ad dictam
tenutam recolligendam vel defendendam vel emendam ponatur per iudicem et officialem dicti
comunis ad petitionem actoris duo massarii seu extimatores de adiacentibus locis ipsius
tenute ad extimandum ipsam tenutam qui partibus non attineant in primo vel in secundo
gradu si ibidem invenirentur vel ad voluntatem iudicis vel officialis ipsius comunis dummodo non
attineant modo predicto partibus predictis qui massarii sint ponendi sine aliquo pretio iuret
ad sancta dei evangelia tactis scripturis extimationem facere de ipsa tenuta vel re super

qua erit posita bona fide sine fraude in terciam diem postquam
fuit electus per dictum d. s. d. per quolibet et qualibet vice dicto auferenda posito fuerat et mandatum
ipsius tenute vel rei per curiam ipsius civitatis detur et adiudicetur ipsi actori ex prò de
dicto ipsa tenuta vel tantum de ipsa tenuta quod valeat quantitatem petitam et expensas factas:

De confessionibus factis in iudicio et executionibus instrumentorum

2 Confessionem aliquam faciens in iudicio de aliquo debito vel re vel quantitate petita
reus per aliquem et ei contra quem produceretur per aliquem in iudicio aliquod instrumentum publicum vel
protocollum non viciatum non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum iudex seu curia
comunis civitatis firmane precipiat ad petitionem ipsius actoris seu ad petitionem creditoris
ipsum quantitatem seu debitum vel rem per eum confessam seu quem et quod continetur praedicto instrumento
vel protocollo det et solvat ipsi petenti seu creditori dampna et expensis infra
x. dies a die facti precepti predicti pena xx. s. d. per quolibet die quo fuit in mora
post dictum terminum et iudex et curia ipsius comunis teneatur et debeat ad petitionem
actoris contra inobedientem et contra facientem procedere per accusam et inquisitionem et omni
modo post ipsum terminum cogere in palatio personaliter et realiter elapso dicto termino
ad voluntatem petentis seu creditoris et de ipso palatio non discedat donec satisfecerit creditori de debito et expensis et si non cogeretur in ipso palatio
tunc ad petitionem ipsius contra predictum debitorem detur tenuta de bonis eiusdem ipsi
creditori pro quantitate petita et expensis et contra eum procedatur ut supra in alio capitulo
continetur contra contumaces salvo et reservato quod liceat ipsi reo confitenti vel contra quem produ
ceretur aliquod instrumentum vel protocollum producere et apponere contra ipsum preceptum
et contra ipsam confessionem seu contra ipsum instrumentum vel protocollum infra v. dierum
a die facti precepti predicti exceptionem et instrumentum videlicet solutionis quietationis falsi
tatis et non alias et eas infra alios quinque dies ipsas probare debeat et non
ultra et si adposuerit alias exceptiones contra predictas non audiatur. Si quis vero fuit
confessum aliquam quantitatem vel rem in iudicio que est xl. s. vel a xl. s. infra vel si
eum produceretur instrumentum vel protocollum de dicta quantitate xl. s. vel abinde
infra precipiatur per curiam eidem quod non recedat de palatio donec satisfecerit
creditori de quantitate petita et expensis salvis sibi et reservatis predictis excep
tionibus tantum et eas exceptiones vel aliam ipsarum possit opponere stando semper
in palatio et eas probare infra terminum predictum statutum et etiam quod si quis
forensis confessus fuit debitum vel rem aliquam in iudicio ad petitionem alicuius
de dicto castro vel aliunde vel contra eum produceretur aliquod instrumentum vel protocollum
cuiuscumque quantitatis vel rei cum ipse reus forensis cogatur realiter et personaliter
pro ipso debito vel re in palatio comunis ad voluntatem creditoris pro ipsa re et
quantitate et expensis reservatis tamen ipsi forensi omnibus suis exceptionibus videlicet predictis supra
commissis quas et quibus ipsarum possit probare et opponere in dicto termino
tamen non descendendo de palatio nisi daret ydoneos fideiussores de iudicio
sisti et iudicatum solvendo. In causis autem inter forenses et homines de dicto castro
procedi possit quolibet tempore etiam feriato ad petitionem cuiuscumque petentis.

De modo procedendi in civilibus causis

3 Petenti in iudicio contra aliquem debitum decem s. vel abinde infra cum scripto

denouo p(re)stando credat(ur) et stetur sine aliqua alia p(ro)batio(n)e du(m)mo(do) una et eadem vice no(n)
possit petere istam q(uan)titatem te(rminum) s(ed) ti(bi) ul(tra) ab inde pin(as) et du(m)mo(do) de una q(uan)titate
q(ue) sibi deberet(ur) i(n) p(lur)ibus minutim petere no(n) possit et no(n) plus a(n)t(e)a ab illo s(upra) sup(radictum)
us(que) in x. credat(ur) sacramento petentis cum uno teste q(ui) no(n) sit familiaris ip(s)ius actoris
et ei actineat in p(ri)mo uel s(ecund)o gradu si no(n) q(uan)titas fuit ut s(upra) tunc actor te
(nea)t et debeat petit(ionem) seu intentio(n)em suam p(ro)ducere et p(ro)bar(e) summarie iudex (et) uic(ari)us
ip(s)ius co(mun)is teneat(ur) facere dari rem petitam et p(ro)batam summarie ad petitio(n)em actoris
i(m)mediat(e) us(que) i(n) xl. s(olidos) d(enariorum). Et si q(uan)titas fuit petita a xl. s(olidos) sup(ra) tunc detur reo
libellus ab actore si petitus fuit et det(ur) p(er) curiam ip(s)ius castri t(er)minum ip(s)i reo
ad apponend(um) et recipiend(um) q(uod) ip(su)m libellum q(ui)nq(ue) dierum et adrespondendum ip(s)i libello
i(n) t(er)minum p(re)dictum et actore co(m)parente i(n) t(er)mino p(re)d(ict)o et co(n)tumaciam p(ro)cusante q(ue)
eu(m) p(ro)cedi possit tam(quam) q(ui) co(n)tumatem ut sup(ra) in capitulo de hys q(ui) co(n)tumaces s(un)t co(n)ti
nett(ur). Et si iur(amen)tum fuit delatum reo ab actore de quacu(m)q(ue) q(uan)titate uel re petita
us(que) i(n) q(uan)titatem xx libr(arum) den(ariorum) tantum suscipiat uel p(re)stet ip(su)m iur(amen)tum uel referat actori
p(re)d(ict)o. Et si reus negauerit rem petitam dicere no(n) debere ip(s)i actori cum iur(amen)to denouo
p(re)stando absoluatur a pet(itione) p(er) iudicem et uic(ari)um dicti co(mun)is ad h(oc) ut sit licitum actoris
p(er) duos idoneos test(es) rep(ro)bare p(er) iur(amen)tum denouo p(re)stando us(que) i(n) q(uan)titatem xx libr(arum)
den(ariorum) iur(amen)tum. Negat(ur) fact(um) p(er) dictum reum. Que rep(ro)batio fieri debeat i(n) q(ui)ntam diem
post negatio(n)em t(ame)n saluo si testes p(re)dicti ess(e)nt absentes a contrata qui testes
no(n) actineant actori in p(ri)mo uel s(ecund)o gradu co(n)sanguinitatis uel affinitatis qui
summarie recipiant(ur) p(er) iudicem adiuramenta et d(ict)a et si negatio uel iur(amen)ta rei
fuerit rep(ro)bata uel actoris p(er) ip(s)os testes soluat co(mun)i ille cui rep(ro)batum fuit duplum
q(uan)titatis q(uam) negauit uel indebite iurauerit et rep(ro)batum fuit in manus cam(erarii) co(mun)is de
f(ac)to. Et si reus afferret uel actor iurauit et iur(amen)to a reo rep(ro)bato q(uod) uera s(un)t petita
p(er) eum cogat(ur) ip(s)e reus et q(uod) eum p(ro)cedat(ur) ut in cap(itul)o de co(n)fessis et execution(e) i(n)strument(orum)
co(n)tinet(ur). Saluo q(uod) sit licitum reo rep(ro)bare q(uam) actorem ut s(upra) que rep(ro)batio(n)es fieri de
beant i(n) dictam q(ui)ntam diem. Et si reus p(re)dictus q(ui)b(us) e(ss)et libellus p(ro)ductus respon
diderit ip(s)i libello uel petitioni et legitimas exceptio(n)es no(n) apposuit sup(er) ip(s)o li
bello uel petitio(n)e ab actore p(ro)posita fiat litis contestatio et p(re)stet(ur) iur(amen)tum calu(m)pnie
p(ro)ut fieri debuit de iure. Recepto iur(amen)to ab actore q(uod) petita p(er) eum a(n)i(m)o calu(m)pnie
no(n) petit. Et iur(amen)to a reo q(uod) credit se iuste defendere et q(uod) petita p(er) actorem uera
no(n) s(un)t et adsignet(ur) t(er)minus ip(s)is p(arti)bus ad p(ro)bandum q(uo)dq(ui)d uoluit et post de parib(us)
ip(s)or(um) xx dier(um) p(er)hentorior(um). Elapso u(er)o d(ict)o t(er)mino iudex et uic(ari)us p(ro)cedat ad s(ente)n(tia)m
s(ecundu)m p(ro)bationem fact(am) p(er) utrasq(ue) partes uel co(n)depnatoriam uel absolutoriam et uictum
uictori co(n)depnare debeat in expens(is) et s(ente)n(tia)e ferende p(er) iudicem et uic(ari)um p(re)dictum et
q(uo)dq(ui)d p(er) eum fon(sic) fuit inp(re)dictis ualeat et si obmisisset uel p(re)termisisset et no(n) s(er)uasset
sollep(ni)tates et substantialitates iuris.

Quod co(n)tumax no(n) audiat(ur) nisi refectis expensis

4 Citatus coram curia ip(s)ius castri ad petitio(n)em alicuius adrespondendum de iure in aliq(u)a
causa ciuili in t(er)mino ip(s)ius citat(ionis) si no(n) co(m)paruerit actore co(m)parente in t(er)mino
ip(s)ius citat(ionis) no(n) audiat(ur) n(isi) p(ri)mo ip(s)is expensas legitimas restituit actori. Et si actor
no(n) co(m)paruit in t(er)mino citat(ionis) f(ac)te de reo. Et ip(s)e reus co(m)paruit in t(er)mino p(re)d(ict)o soluat reo
p(re)d(ict)o citato sicut licentiam iudicis et officiis recesserit p(ro) suo interesse unum bl(ancum) argenti

idem actor et non audiatur et victus victori in qualibus et expensas reficiat Recepto iur.to a victore de ipsis expensis factis et facta primo taxatione per Iudicem et offic. de dictis expensis.

Q iuratus de ius non possit renuntiare

5 R Eus quem petitum fuit aliquid ad iur.tus in iudicio ab actore de quantitate trium sollorum vel ab inde infra non possit ipsum actorem Requirere ex tunc ad predicta per monitum et viam iuramenti.

De questionibus inter forenses

6 D E litibus questis et actionibus que erunt inter quoscumque forenses vel inter forenses et aliquem de terra vel eius districtu Iudex et offic. ipsius comunis possit teneatur et debeat facere ius sumarium usque ad quantitatem X sollorum et et ultra quantitatem quam liberaverit dicto potestati Prout ei de iure melius videbitur et placebit.

Q testes in civilibus causis recipiantur in x dies

7 T Estes in civilibus causis recipiantur per Iudicem et offic. dicti comunis infra decem dies utiles a die contestationis litis vel iuramenti calupnie prestiti. Et si alio vel. dem terminum recipient eorum receptio non ualeat ipso iure nisi partes uellent de eorum comuni concordia terminum prorogare aut si steterit per absentiam offic. Iudicis sive curie vel per aliquod iustum impedimentum steterit vel per absentiam testium si testes fuerint absentes vel testis fuit absens curia possit ipsum terminum prorogare quousque testis possit comode reduci dummodo allegans primo iuret absentiam testis et si aliquis testis fuit citatus duabus vicibus et duobus diebus continuis questionis et non venerit coram curia ad obediendum et testimonium perhibendum puniatur in x s. den. per qualibet et qualibet vice et persona et Iudex et offic. ipsius comunis teneatur ad petitionem introducentis possit procedere per accusam denuntiationem vel inquisitionem contra ipsos testes et nihilominus curia cogat ipsos testes seu testem ad faciendum ipsum testimonium.

De salario solvendo in civilibus causis

8 S Alarium in causis civilibus solvatur hoc modo videlicet quod quicumque petierit coram curia prius comunis in iudicio aliquam pecunie quantitatem contra aliquam personam civiliter petendo solvat et solvere teneatur in manibus camerarii dicti comunis iiij.or den. per libram pro quantitate petita et si petierit aliquam rem et non pecuniam tunc teneatur ipse petens ipsam rem extimare cum iur.to de novo potestando quod salarium debeat solvi per actorem tempore contestationis litis vel iur.i calupnie vel facta precepti vel promittere teneatur ~~secedat de palatio~~ secedat de palatio si dictum salarium non fuit solutum facta precepti vel prenuptiate et nulla litis contestatio iur.ti calupnie pronuntiatio tenute et quod Iudex sequitur non valeat ullo modo.

Q muliere vidua debeat habere alimenta donec rehabuerit dotes

9 M Ulier aliqua que remanserit vidua debeat habere alimenta de bonis et super bonis illius qui restituere debet dotem. Donec ipsa dos eidem mulieri vel heredi eorum ab ea et fuerit restituta et Iudex dicti comunis teneatur ipsi mulieri vel heredi eorum ab ea dotem predictam elapso tempore a iure vel prefixo facere inbenis et super bonis debentis seu debentium ipsam dotem Restituere.

De feriis imponendis

10 Ferias in civilibus causis tempore messium sint a festo sancti petri mensis junii usque ad festum
beate marie de mense augusti et tempore vindemiarum judices dicti communis una cum massariis
predicti communis vel maioris partis ipsorum imponere possint et quotienscumque pro ipso seu
pro illo tempore prout eis vel eius vel maiori parte ipsorum videbitur et placebit et durantibus
ipsis feriis tempora in civilibus causis non currant.

Quod detur advocatus et procurator petenti

11 Advocatum vel procuratorem postulanti in aliqua questione civili vel criminali
coram curia communis predicti pro tempore existente judex et officialis ipsius communis qui super
hoc fuerit requisitus dare et cogere debeat predictum advocatum et procuratorem qui
petitus et postulatus fuerit ad assumendum ipsam advocationem et procurationem et ad pre-
standum sibi patrocinium per competenti pretio salvo quod si dictus advocatus vel procurator
juraverit corporaliter tactis scripturis se esse advocatum et procuratorem partis
adverse quod ad ipsam advocationem et procurationem faciendam minime teneatur per
eo quod dicto durante quod fiat cavatio pro ut ita quod utraque partis habeant procurationem.

De scripturis repertis in filziis

12 Petitio seu aliqua scriptura reperta in filziis que producta appareret
manu judicis seu officialis coram quo producta fuisset valeat et te-
neat non obstantibus quod ipsa petitio seu scriptura non esset posita in registro
et non esset prius manu ipsius judicis vel officialis adhibeatur plena fides et
ipsa petitio seu scriptura perpetuas et inde titulis habeatur et predicta
locum habeant in questionibus presentibus et futuris.

De questionibus inter coniunctos

Si aliqua questio seu certamen esset inter aliquos de Spina vel eius districtualibus coniunctos
seu existentium secundum consanguinitatis vel affinitatis in tertio ultimo gradu quacumque
occasione modo jure vel causa judex et officialis dicti communis possit et debeat
ipsos tales coniunctos seu discordes cogere et constringere realiter et personaliter ad pre-
titionem cuiuscumque ipsorum vel alterius ipsorum petentis infra decem dies a die porre-
cte petitionis coram eo et fuerit petitum et per penam impositionem ut ipsam litem
questionem seu certamen compromittant in aliquos coniunctos consanguineos communes de jure
et de facto ita quod de ipso compromisso fiat prius scriptura cum pena appositione
et quicquid per arbitros et arbitratores fuerit laudatum sententiatum et diffinitum
observari faciat per partes et si ipsi arbitri seu arbitratores non concordarent
consiliarii et massarii dicti castri una cum officiale eligere duos bonos homines qui
habeant ad videndum et declarandum cum dictis arbitris seu arbitratoribus de jure et de
facto ad penam centum soldorum denariorum.

De fideiussoribus vel se pro aliquo principaliter obligatis in debitis conservandis

4 Fideiussores pro aliquo vel se pro aliquo principaliter obligantes quacumque occasione modo jure
vel causa tales pro quo fideiussit vel se principaliter obligavit vel eius heredes
convenientes et conservare teneantur indempnes sine dampno et ipsum qui dictam fideiussionem
fecisset seu pro aliquo se obligasset ad dictam fideiussionem et obligationem extrahere teneatur
judex et officialis ipsius communis qui super hiis fuerit requisitus ad petitionem talis fideiussoris vel pro aliquo

obligantes dominum talem principalem vel illum per quo se aliquis obligasset realiter et personaliter cogere et constringere ut a dicta fideiussione et obligatione extrahat et penitus indempnem conservet summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii omnibus sollempnitatibus iuris obmissis et premissis. Et si ipse fuerit electus fideiussor vel se pro aliquo obligaverit non obstante ipsum indempnem a dicta fideiussione et obligatione infra decem dies postquam fuerit sibi mandatum per curiam talis principalis teneatur et debeat ipsi fideiussori vel se pro aliquo principaliter obliganti dare et solvere pretio dampno et interesse quinque solidos denariorum pro qualibet die quo fuerit in mora a dictis decem diebus in antea.

De divisionibus fiendis inter consortes

15 Volumus et presenti lege firmamus quod siquis habuerit aliquam consortiam seu aliquam possessionem domum vel rem aliquam cum aliquo communem pro indiviso iudex dicte curie et offitialis communis casalis predicti qui super hiis fuerit requisitus teneatur et debeat ad petitionem cuiuscumque ex partibus predictis eius interesse precipere et mandare ipsis partibus seu consortibus ut ipsam possessionem consortiam domum vel rem aliquam dividant inter eos in decem dies a die sibi facti precepti et quicumque ex partibus predictis hoc facere recusaverit seu ille per quem dicta divisio steterit solvat bannum centum solidorum. Et si ipse partes non fuerint in concordia de ipsa divisione vel se ad invicem non concordaverint tunc iudex et curia dicta communis statuat partibus competentem diem ad probandum et probatum habendum de iuribus ipsarum qui iudex et offitialis videat et examinet summarie sine strepitu et figura iudicii. Et dictus iudex visis et examinatis dictis iuribus cogat ipsas partes ad faciendum ipsam divisionem secundum actitata et probata et cogat eos in palatio donec dicta divisio facta fuerit salvo quod si partes predicte peterent magister ad faciendum dictam divisionem per predictis aut nullum salarium et maior camere solvatur. Et si dicte partes non fuerint concordes tunc teneatur iudex et offitialis cogere dictas partes ad ponendum duos bonos homines super ipsa divisione sive duos adiacentes sceptum.

Quod tenuta data in bonis alterius non citato possessore debeat revocari

16 Tenuta aliqua si data fuerit vel permutata ad petitionem alicuius per curiam ipsius communis in bonis alterius et non in bonis rei contra quem ageretur vel non citato possessore cassetur sine aliqua solutione salarii per curiam ipsius cassetur facta de predictis fide per possessorem vel illum cuius esset illa possessio iudici communis per instrumentum vel testes fide dignos quam fidem iudex possit recipere summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii. Et si reus contra quem ageretur esset citatus de occupatione et invasione ipsius tenute et noluerit ipsam tenutam ipsi actori restituere et relapsare an sua excusatione dampnum et interesse eidem actori emendare et salvare ad penam aliquam minime teneatur restituendo et relapsando ipsam tenutam eidem creditori cum effectu.

De instrumentis executioni mandandis

17 Omnia et singula instrumenta publica et rogationes et protocolla testamenta codicillos et lauda de quibus apparet publicis instrumentis debeant per curiam dicti castri secundum executioni mandari contra illum seu illos qui ex ipsis instrumentis vel aliquo predictorum fuerint obligati et curia ipsius communis ad petitionem creditoris vel eius heredis viso tali instrumento coram curia producto precipiat debitori qui ex ipso instrumento vel instrumentis vel eius heredis de observandum contentis in ipso instrumento seu instrumentis secundum formam statuti superius scripti loquentis de preceptis fiendis vigore confessionis seu instrumenti et ille sit et prestiterit debitor

pmiss aliqd dare ul' facere ul' hered et ipse qui ex ipso instro se testo ptocollo seu codicillo
seu laudo fuit obligatus et ille sit et intelligatur debitor qui pmisit aliqd dare
vel facere ul' eis heredes et ille qui ex ipso instro ptocollo ul' testamento codicillo
seu laudo fuit obligatus et ille sit et intelligatur creditor cui aliqd pmissum
fuit aliqd dari ul' fieri et ul' heres. Et ille cui interfuit petitio executionis
ipsius instri rogati ptocolli testi codicilli et laudi.

De petitione sapientis in civilibus et criminalibus causis

28 Si quis petierit sapientes ul' senserit se gravatum ab aliquo processu gravatus sententia
precepto occasione civili ul' criminali coram curia coris cuius tempore detur eidem
propterea curiam et ipsa curia teneatur et debeat eos ponere in quinta diez post petitionem
sapientis expensis predictis in civilibus causis et criminalibus aut eius expensis petente
et post dictam petitionem sapientis partes predicte infra quas est questio civilis seu ille qui pe
tierit consilium in criminali infra dictum terminum quinque dierum dent coram dicta
curia suspectos et confidentes et omnia acta instra et allegationes et salarium deponant
in illa quantitate prout iudici videbitur et placebit pro consultore et nuntio illi cui
dicto iudici et officio videbitur et placebit. Et si aliqua ex ipsis partibus obmiserit
facere predicta ul' aliqua predictorum dicta curia adulteriora procedat prout ei videbitur et
placebit in civilibus causis et criminalibus non obstante petitione sapientis predicta.
Et si ipse partes fuerint observata predicta dominus officialis de ipsarum partium voluntate et
si ipse partes essent in concordia eligant unum fidelem nuntium qui deferat
iudici consultori dummodo consultor non possit esse aliquis de suspectis datis per parte
et si autem ipse partes non essent in concordia de nuntio tunc iudex et officialis
eligere possit nuntium quem voluerit et iudex sigillet ipsa acta et allegationes
in quantitate partium et mittat in quadam pecia nomen sapientis non suspectus per
partes et ille cuius nomen fuerit extractus sequi in omnibus et per omnia consilium debeat
per talem consultorem datum per quantitate teneatur secundum formam ipsius consilii civitatis
in partibus ul' civitatis et pro partibus in civilibus aut questionibus si petierint sapiens
in aliquo instra ul' in suam questionem non audierit petens sapiens non et consultores coris quibus
committi post consilia sint et esse possit et debeant quatuor ex illi quos nominabunt et
declaraverint consiliarii et iudex coris predicti ul' maior pro ipsorum scribend in libro refor
mationum manu iudicis et officialis coris predicti et non plures nisi partes de alio concorda
erint petitione dominorum capitulorum consilium sine aliqua promutatione fiendo et si curia coris tempore
[illegible] negaverit petenti ponere sapientem ul' recusaverit quod per ipsam curiam fieret
post petitionem predictam non valeat ullo iure et petens consultorem seu sapientem non quod
debeat salarium deponere pro consultore et nuntio infra quintam diem cui iudici placebit
non quo fuisset et esset tempore et termini non currant in aliqua causa civili ul' criminali
qui nunc esset abnuit a capite specificato predicto.

De pena negantis paternitatem filiationem mortem alicuius ul' non

De negante in iudicio paternitatem ul' filiationem alicuius ul' aliquem fuisse officialem
coris ul' aliquem fuisse ul' esse mortuum et si mortuus fuit postrata et postea
post dictam negationem probaverit ul' aliquid predictorum per publicam famam puniatur quolibet
vice et persona in centum solidis denariorum et super predictis curia possit procedere per inquisitionem
et accusam et omnem modum.

Quartus liber extraordinariorum
De festiuitatibus custodiendis

1 Festiuitates sollempnes cupientes ab omnibus custodiri pro lege firmamus quod nulla persona
in ipso castro uel eius districtu faciat aliquod seruile opus uel aliquod laboratiuum diebus
et festiuitatibus infrascriptis uidelicet diebus dominicalibus omnibus festiuitatibus beate marie virginis
festiuitatibus domini nostri yhesu christi resurrectionis et natiuitatis eiusdem ascensionis
pentecostes corporis christi festiuitatibus duodecim apostolorum et euangelistarum beati
Iohannis baptiste sancte crucis de mense madii et settembris sancti saluatoris et omnibus
diebus ueneris de mense martii et die ueneris sancti sancti fortunati que est die prima mensis
Iunii diebus sabbati post uesperas et sancti angeli de mense madii et settembris sancti blaxii
et sancti laurentii ad penam v solidorum denariorum pro quolibet et qualibet uice liceat tamen cuilibet ducere
et ferre salmas et res extra domum et facere opera fornachie et calcis et trahere
lignamina grossa per domo et portare uuas et mustum tempore uendemiarum et deferre
salmas bladi uel farine ad molendinum sine pena et banno.

Quod laboratores teneantur soluere collas

2 Item statuimus et ordinamus quod si aliquis de castro Spine uel aliunde laborauit aliquam
possessionem alicuius specialis persone quod talis laborator teneatur et debeat soluere casus comunis
ipam datiam et collam pro omnibus ipsius specialis persone prout extimatur reperitur in catasto
dicti comunis prout alii homines dicti castri soluunt et potestas et omnia teneantur et debeant cogere
dictum laboratorem ad soluendum totam dictam datium.

Quod detur ambasiata suis expensis

3 Ambasciatam petentes in consilio predicto seu sint massarii mictit ad aliquem locum pro re dicti
expensis petentis et comune comunis nihil soluat uolumus quod ad petitionem alicuius
persone non uadat aliqua ambasiata ad aliquem locum cum litteris comunis uel expe-
nsis comunis nisi primo per massarios in consilio fuit declaratum si dicta ambasiata non detur
et contra fecerint condepnentur pro quolibet faciente et qualibet uice in x solidorum
et emendet comuni quod dampnificatum fuit ipsum comune.

Quod habens domum seu murum comunem cum aliquo liceat murare et actare

4 Domum seu murum comunem pro indiuiso cum aliquo habentes liceat in ipsa domo uel muro
comuni murare plantare et actare et cetera et ad hoc ut pro forma plancatum muratum
seu actatum est in ipsa domo uel muro comuni teneantur consortes ipsius domus seu
muri concordare et si non concordant ad inuicem tunc teneantur iudices et massarii
eligere unum magistrum sine aliqua et hoc debeat diffinire infra terminum
per curiam assignandum ad penam c solidorum et hoc declaratum ualeat et teneat per dictos
litigantes ad penam suprascriptam pro quolibet et qualibet uice.

Quod nulla mulier possit facere contractum sine presentia duorum consanguineorum

5 Mulier aliqua uirum habens non possit facere aliquem contractum uenditionis
obligationis donationis testamentum codicillum ultima uolutatem uel alium contractum
contractum seu distractum cuiusque conditionis ex quibus uel quo aliquod ius acquireretur
marito uel alii persone sine presentia et consensu duorum proximiorum consanguineorum propinquorum
excepto patre et suis marito et filiis si sit et si non habet consanguineos excepto patre infra
quartum gradum teneat hoc et debeat facere duorum consanguineorum excepto more iudicum
presentium uel ultra etate contumaciam absentium et habent facere non ualeat ullo modo.

Nulla persona minor xxv annis possit facere contractum sine presentia curiae et consanguineorum

6 Nulla persona minor xxv annis de castro Spine uel eius districtu possit uel ualeat
se obligare uel allegationem facere uel uenditionem uel aliquam contractum uel distractum

facere de bonis suis sine presentia consensu auctoritate et licentia curatoris vel tutoris vel sine presentia duorum proximiorum consanguineorum ex parte patris et si dicta forma servata non fuit non valeat ullo modo :.

De secretijs senaitarum viarum terminorum decidendorum

7 Si secretum sine secretia contingerit fuit aliquos de spina vel eius districtu occasione terminorum senaytarum viarum seu itinerum, iudex et officialis dicti comunis ad petitionem unius ex partibus petentis teneatur ire ad locum ubi esset talis discordia seu secretum et ibi recipiat iuramentum ab aliquibus adiacentibus de contrata. Et informationem ab eis recipiat per omnem modum per quem ei videbitur et placebit et habita informatione huiusmodi questionem seu discordiam diffiniat et terminet summarie et de plano sine strepitu et figura iudicij

Quod mulier dotata non possit petere successionem ab intestato

8 Mulier aliqua de castro spine vel eius districtu dotata a suo patre matre fratre vel aliquo seu aliquibus consanguineis suis non possit aliquid petere vel ad successionem venire ab intestato in bonis dotantis patris matris fratris vel consanguinei ultra dotem sibi promissam constitutam vel datam nec etiam in bonis fratris sororis vel fratrum et sororum et si peteret non audiatur in curia dicti castri et hoc locum habeat in presentibus et futuris :.

Quod maiores xiiij annis et mulieres possint esse in iudicio et testificari

9 Maiores xiiij annis et minores xxv annis possint et valeant in iudicio in criminalibus causis absque iudicio auctoritate seu presentia curatoris seu patris et etiam si esset filius familias et etiam possit in agendo et defendendo in iudicio preesse absque auctoritate presentia seu consensu curatoris et patris et quod per eos factum fuit valeat et teneat nec petere possit in ipsis causis criminalibus beneficium restitutionis in integrum. Insuper volumus quod ipsi maiores xiiij annis ac etiam mulieres possint et debeant super ipsis causis criminalibus testimonium ferre et testimonium ipsorum seu ipsarum valeat et teneat omni exceptione cessante :.

De pena extrahentium terminos

10 Terminum vel aliquod aliud quod loco termini haberet generis celaverit occultaverit extraxerit seu linem emerserit in xxv libris denariorum pro quolibet et qualibet vice puniatur et talem terminum vel illud quod haberet loco termini reducere debeat in pristinum statum suis expensis prout per duos homines vicinos vel plures fuit testificatum cum eorum iuramento.

De pena laborantium bona exbanditorum

11 Possessiones exbanditorum comunis castri spine ponderet nullus laborare presumat absque expressa licentia iudicis officialis et consiliariorum ipsius comunis quod nec sit et qui secus fecerit vel maior pars ipsorum solvat comuni pro dicto officiale servis ad penam xx librarum denariorum et nihilominus ad restitutionem fructuum cum teneatur et dicti fructus existimentur et ipsorum extimatio converteret in eorum exbanditione. Dicti autem exbanditi intelligantur exbanditi pro maleficijs et occasione maleficiorum dicti comunis spine :.

De pena ingomorantis casalenum alicuius

12 Quicumque in dicto castro vel eius districtu ingomoraverit casalenum alicuius in quo casaleno aliquid ingomoramentum posuerit seu tenuerit debeat ipsum disgomorare ad petitionem petentis et si ipse ingomorans vel ingomoramentum tenens senserit se gravatum ad dicta disgomoratione fienda ad petitionem petentis ponatur per curiam ipsius castri duo massarij fide digni qui non sint participes ipsius casaleni ad videndum ipsum

igomorantur et si ipsi massarii dixerint ipsum igomorantum fore. disgomorandum tuo
talis igomorantis debeat disgomorare dominum castalenum in xv. dies postquam huius inundatio a
curia ad penam .C. s. d. pro quolibet et qualibet vice

De pena derivantium aquas de suo cursu

13 Nulli liceat aquam derivare per castro Spine vel eius districtu de suo conductu vel cursu
exere et quicumque contra fecerit puniatur in lx. s. den. pro quolibet et qualibet vice. et nulli liceat
mittere sulcos per viam post inpositum iudicium altius dopere predictam. volumus et dicimus quod
cuilibet liceat mittere sulcos contractos mittere per spatium v. annos per viam post sine pena.

Quod suspectus de non offendendo debeat dare fideiussores

14 Siquis habet aliquem suspectum vel inhibitum ne ipsum offendat in persona vel rebus iudex
et rectores ipsius comunis qui super hoc fuerit requisitus teneatur et debeat cogere et co[n]-
stringere talem suspectum ad petitionem petentis ad dandum duos bonos fideiussores
de non offendendo in persona vel rebus. et si talis suspectus dictos fideiussores
dare recusaverit puniatur pena xxv. libr. den. pro quolibet die quo fuerit in mora post
preceptum eidem factum per curiam ipsius castri et hoc intelligatur de hominibus ipsius castri et districtus.

De pena sedentium prope curiam qui trahunt officiales comunis

15 Nullus stet seu sedeat prope curiam ipsius castri ad mediam perticam qui eligerit officiales
ipsius comunis vel qui extraxerit brevicelli ipsorum officialium pena quinque s. den. pro quolibet et
qualibet vice contrafacienti dicto auferatur et curia ipsius castri facere bandiri.

De pena lavantium pannos prope fontem

16 Pannos seu carnes in aliquo fonte castri Spine predicti vel eius districtu
nulla persona lavare debeat vel prope ipsum fontem per unam perticam aliquam
turpitudinem faciat seu gomoramentum seu impedimentum faciat et qui contrafecerit
puniatur pro quolibet et qualibet vice in x s. den. et quilibet possit contrafacientem accusare
cum iuramento.

De pena vendentium vinum ad minutum

17 Item statuimus et ordinamus quod quicumque infra castrum vel eius districtum vendiderit vinum
ad minutum debeat habere petitum medium et folietam sigillatas sigillo comunis [illegible]
et qui contrafecerit pro qualibet vice et mensuram a qua non habuerit sigillatam
puniatur in predictis s. den. et cum dictis mensuris sigillatis et pro qualibet vice
et non cum aliis mensuris mensurare debeat dictum vinum
et quilibet ipsas implere sub dicta pena pro quolibet et qualibet vice et ipsum vinum vendens teneatur ipsas mensuras
ipsum vendere secundum ordinamentum fiendum per iudicem et massarium dicti comunis et contrafaciens
puniatur in x. s. den. pro quolibet et qualibet vice et quod delinquentes in predictis et quolibet predictorum
curia ipsius comunis possit et debeat procedere per accusam inquisitionem et omnem alium modum
et despectis stetur et relationi iudicis et officialis ipsius comunis sine alia probatione
et qualibet predicta stetur sacramento accusatoris et teneatur in credentia.

De pena facientis impedimentum aree alterius

18 Circa aream alterius nullus impediat vel impedimentum aliquod faciat in area seu
in ipsa area vel prope ipsa aream per quod impediatur stare seu ventillare seu
aliud opportunum in area facere et qui fecerit solvat in x libr. den. vice qualibet contrafecit.

Quod quicumque habuit orta vel laboravit bona comunis solvat terraticum.

19 Quicumque habuit vel laboravit aliquem ortum seu possessionem dicti comunis teneatur et debeat
annuatim in festo sancte Marie de agusto solvere camerario dicti comunis pro ipso comuni recipienti
illam quantitatem quam deputaverint massarii dicti comunis et qui contra fecerit in non solvendo in dicto
termino solvere teneatur duplum eius quantitatis quod solvere debebat et iudex et officialis dicti comunis
teneatur ante dictum festum facere bandiri xv diebus ante.

Qd foculares teneant solvere salarium et cois sp[iri]ti

20 Omnes habitantes in castro Spine vel eius districtu qui faciunt focum vel ignem d[e]liberans
q[uod] teneant et debeant p[ro] focularis firmate salarium potestatis et cois sp[iri]ti solvere et et
collectas p[ro] poss[essionibus] et bonis que h[ab]ent in districtu d[i]c[t]i castri Spine infra terminum p[er] officialem p[re]figendum
ad penam quarti pluris auferendorum eadem d[e]facto:

Qd mulier h[abe]at de bonis mariti xxv libr[as] et maritus quartam p[ar]tem dotium ip[s]ius

21 Item statuimus et ordinamus q[uod] mulier viri h[abe]ntis in d[i]c[t]o castro Spine vel eius districtu
si contingeret ip[su]m mori superviviente d[i]c[t]a sua uxore q[uod] d[i]c[t]a eius uxor h[ab]eat et habere
debeat de bonis d[i]c[t]i sui viri xxv libr[as] den[ariorum] et non ultra et si ip[s]a mulier decesserit sup[er]
viviente d[i]c[t]o suo viro q[uod] ip[s]e suus vir succedat et h[abe]re debeat de bonis d[i]c[t]e sue uxoris
quartam p[ar]tem v[idelicet] dotium d[i]c[t]e sue uxoris et hoc statutum volumus h[abe]re locum in p[re]t[eritis] et futuris
et q[uod] ip[su]m non possit aliquid obiici vel opponi et si aliquid opponeretur volumus q[uod] non audiatur
p[er] officialem dicti cois vel alibi:

Qd massarii consiliarii et viri una cum potestate possint condempnare et absolvere

22 Item statuimus et ordinamus q[uod] in d[i]c[t]is viris et officiis d[i]c[t]i castri qui nunc est et p[ro] tempore
fuerit una cum consiliariis et massariis d[i]c[t]i castri q[ui] nunc s[un]t vel p[ro] t[em]p[o]re erunt ad regimen
d[i]c[t]i castri h[abe]ant lib[er]tatem auctoritatem et potestatem dandi et ferendi sententias et condempnationes
ac absolutiones sup[er] quibuscumque possibus melioris fine p[re]iudicia potestatis d[i]c[t]i castri non tamen tras
grediendo nec excedendo formam p[re]sentium statuti de talibus in illis loquitur Addimus
hinc capitulo q[uod] potestas deputatus a cõe sp[iri]ti possit ip[s]e solus sententias ferre modo et forma
p[ro]ut ip[s]e d[omi]n[u]s potestas videbit et placebit

Qd laboratores teneantur solvere p[ro] non solventibus collas

23 Item statuimus et p[re]senti lege firmamus q[uod] quicumque laborat aliquam possessionem
d[i]c[t]i castri vel eius districtus et cuiuscumque alterius forensis vel non subiecti iurisdictioni d[i]c[t]i castri p[ro] qua poss[essione] seu p[ro] quo forensis vel non subiecto iudex
deberet et dare laboratores teneantur solvere collas et alias factiones d[i]c[t]o coi
libra r[e]p[er]ta in catasto illius cuius est poss[essio] et ipsi laboratori liceat et teneatur
fit retinere fructus illius poss[essionis] donec ei fuerit integre satisfactum sine pena et banno:

Quintus lib[er] damnorum datorum et electione gualdarii

Gualdarii cois castri Spine eligantur in arengha generali d[i]c[t]i cois cum eligentur massarii
et alii officiales d[i]c[t]i cois s[e]c[un]d[u]m formam sup[er]d[i]c[t]i statuti de quo mentio loquitur Qui gualdarii
teneantur custodire omnes segetes et fructus arbores et vineas et silvas banditas et non banditas
in districtu d[i]c[t]i castri Spine positas et d[i]c[t]i gualdarii in principio eorum officii teneantur
et debeant iurare ad s[an]c[t]a dei evangelia corporaliter manu tactis scripturis denuntiare
curie d[i]c[t]i castri omnes et singulas[a] p[er]sonas damnum dantes p[er]sonaliter vel cum bestiis quorum et
cuiuslibet eorum accusationi et denuntiationi adhibeatur plena fides et eis sem[per] ei credatur
et nihilominus ipsi damnum dantes teneantur emendare dapnum dapnum passis ut[r]u[m] vel cum
bestiis. Si autem in aliquo damno dato p[er]sonaliter vel cum bestiis malefactor ipsi dapnum nesci
retur tunc gualdarius d[i]c[t]i castri ad petitionem dapnum passi ponere debeat duos massarios
de d[i]c[t]o castro qui massarii teneantur et debeant eorum iur[amen]to de novo p[re]standum estimare dapnum
extimare infra terminum p[er] d[i]c[t]um officialem statuendum qua extimatione facta p[er] eos vel aliquem
ipsorum tam accusatione vel denuntiatione de ipsis inferentibus dapnum vel cum bestiis ipsorum
p[er] ipsum gualdarius vel ipsorum cuilibet accipiat et colligat pignora et ipsa dare debeat dap
num passo v[idelicet] de illo dapno de quo nescirentur malefactor. Et de aliis dapnis datis

personatur vel cum bestiis de quibus accusationem seu denuntiationem fecerit retineat pro se et pluo salario
et dicti gualdarii non possint eligi de hominibus tunc masseriis vel consiliariorum dicti comunis et illi qui fuerint
electi gualdarii teneantur dictum officium acceptare et si aliquis fuerit qui differt et contempnet in xl.
solidos denariorum et teneantur dictum officium acceptare. Et dicti gualdarii habeant
pro ipsis accusata duos denarios et pro qualibet pecude accusata sex denarios. Et quicumque ex ipsis accusatis
personatur vel cum bestiis non promiserit se pignorari solvat penam v. solidos denariorum pro qualibet
